UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XIII. De ordinatis ab episcopo qui renunciarit episcopatui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

rum ordinum, & ordinatus ab executione
officii ſuſpenditur, donec cum eo diſpenſe-
6 tur. *c. literas.* 13. *c. dilectus* 15. §. Secun-
quæſtio eſt, qualis debeat eſſe, qui ordina-
Debet eſſe irreprehenſibilis, unius uxoris
ſobrius, ornatus, prudens, pudicus, ho-
talis, doctor, non vinolentus, non percuſ-
ſor, ſed modeſtus, non litigioſus, non cu-
dus, ſed ſuæ domui bene præpoſitus, n
neophytus. Hæc ab Apoſtolo requiru-
in epiſcopo ordinando. 1. *ad Timoth.*
ſed ad alios clericos producuntur. *d.*34. *c.*
gnoſcamus. 15. & *d.* 81. *c. Apoſtolus.* N
phytus autem dicitur, qui propoſitum ſa
religionis noviter aſſumpſit. *diſt.* 48. *c.* 2. §.
phyti. & c. ſeq.

XII. De ſcrutinio in ordine faciendo.

1 TErtia quæſtio eſt, quid obſervandum
ut cognoſcatur, an is, qui ordinari
bet, talis ſit, qualem eſſe oportet. A
bendum eſt ſcrutinium, id eſt, ille, ad q
ſpectat (ut epiſcopus, aut legatus ſedis A
ſtolicæ) debet inquirere, an is, de cujus
ctione agitur, ſit idoneus: ſi vero alius,
quem non ſpectat, ſcrutinium faciat, irrit
2 eſt & inane. *Inf. de offic. legat. cap.* 5. §. F
ma in ſcrutinio faciendo obſervanda tradit
in *c. quando. diſt.* 24.

*XIII. De ordinatis ab epiſcopo qui renuncia-
rit epiſcopatui.*

Quar

QVarta quæſtio eſt, an ordinatio valeat facta ab epiſcopo, poſtquam epiſcopatui renunciavit. Reſpondetur per diſtinctionem. Aut enim epiſcopus renunciavit tantum loco, aut loco & dignitati. Priori caſu ordinatio valet. Poſteriori ſubdiſtinguitur, aut enim contulit minores ordines, & valet ordinatio: aut ſacros ordines, & ſubdiſtinguitur: quia ſi ordinem accipiens ignoravit eum renunciaſſe, nec ſupina eſt ignorantia, per diſpenſationem admittitur, ſin minus, executionem officii non habebit. *c.* 1. Similiter diſpenſatur cum clerico, qui per ignorantiam ab excommunicato epiſcopo ordines accepit. *c.* 2.

XIV. De ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

ABſolutis generalibus quæſtionibus ad ordinationem pertinentibus, jam dicendum de prælatis, de quibus duæ quæſtiones diſſolvuntur, videlicet qui ſint præficiendi, & quomodo præficiendi. Quod ad priorem quæſtionem attinet, in eo qui præficiendus eſt, tria ſpectantur, quæ in hac rubrica proponuntur: ætas, qualitas, & ordo. §. De ætate hæc notentur. I. Qui eligitur epiſcopus, non debet eſſe minor triginta annis. *c.* 7. *in pr.* (ubi legendum *egerit*, non, *exegerit*) & *c. cum nobis.* 19. *verſ. de legitima.* & *diſtinct.* 77.

1 (margin, beside "ABſolutis ... ad or-"); 2 (margin, beside "§. De ætate")